



Venatio Sacra. Sive Puer Amissus

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia XIII. B. Virgo vbi ad fontem residet, Amoris telo icitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70011)

(d) *Palma siticulosa gaudet solo; ac proinde flot,
cum sit opacissima, nec solem rorem ue transmittat,
sub ea facile marcescit præ siccitate, & solis nullo ad-
spicit. Etu: qualis item sors B. Virginis abs filio iam
absente.*

ELEGIA XIII.

B. Virgo ubi ad fontem residet, Amoris telo icitur.

1. *B. Virgo lassa ad fontem desidet.*
2. *Ibi Amoris telo sauciatur.*
3. *Speculatur è colle.*
4. *Adserit pueri lucem ubiuis emicare.*

Recitulit ut duros aurora secunda labores,
Et iam mane nouum seruere cœpit iter;
Matutina pari relegit vestigia passu^{as} *afing*
Virgo, piæque comes Virginis æquat iter.
Ast ubi iam siccus exurit Sirius agros,
Blanditur vitreis riuis amoenus aquis:
Inuitatque virens umbrosâ Nympha sub ornâ,
Sibila cui blandis obstrepit aura modis.
Purior ipsa nouis est visa nitescere Lymphis,
Ceu speculum, vultus ut bibit vnda meos.
Ad fontem desido, cedri, citriue sub umbrâ;
Circumstant comites obuia turba nurus.
Fons gelidis auris mulcet graue sidus, & vndis:
Me graue mulcentem sidus at vrit amor.
Sentio: furtiuo, qui nescio, vulneror ictu.
Suspicio, ab puer missile vulnus ijt.
Ab puer graue vulnus ijt: puer effugis? eheu!
Effugis, ah! oculis pulcher ocella meis?
Obstupui, terigitque repens præcordia mœror:
Omnis abit, tristi qui stetit ore, color.

Lumina

Lamina tango manu; vacuo sed lumine pulchri
 Fulcher amoris honos, hei mihi! Gnatus abest,
 Gnatus abest, absit, varijs sed ut auolat oris,
 Sic comes hunc varijs aucupor ægra plagis.
 Aucupium felix: volucri sic arte parentis
 Velle capi numen; numine pæne frui est.
 Pæne sed hoc solidum, fructum quod fraudat amoris,
 Spemque rapit Gnat, quot mihi damna parit?
 Adspicio, quacumque ferunt vaga lumina lucem:
 Qualibet adspiciam; pusio nullus erat.
 Illicet aërij pernix peto culmina montis;
 (Fortis amor quo non virget adire pedes?)
 Prospicio, poterant oculi vel vincere lynxes;
 At acies quo quis lyncea fallit agro.
 Dividimur gemini mox ad diuorta collis,
 Hinc ego Virgo parens; Virginis inde comes.
 Saucia Virgo, pio graue cui sedet ubere telum;
 Virginis ipse comes saucius inde perit.
 Ah! uno patiere mori duo nomina telo
 Alme puer, qui sis omnibus una salus?
 Quereris heu! uni cæcus filior ille parenti?
 Tota sed adspectu terra superba tuo est.
 Ah! precor, ignoret si te quis viderit hospes,
 Ne re blanditijs occupet ille suis.
 Tu quacumque tener quo quis ratis orbe viator?
 Implebis radijs obvia regna tuis.
 Se tibi si coram sistat vel lumine cassus,
 Gnate tuo pulchrum ducet ab ore iubar.
 Viderit augusto prælustrem sidere vultum;
 Phœbe vale, dicet: sol puer ille meus.
 An queat intus lux tanta latere sub umbris?
 Hunc quoque si cernat pupula cœca diem?
 Metamen ille latet, quâ non vicinior arder
 Villa parens, an abest ergo parentis Amor?

F 5 ELEGIA